

CAPUT III

De Suspensione.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid, & quotuplex sit Suspendio.

Suspendio est Censura quadam Ecclesiastica, qua Minister Ecclesiae impeditur, ut functiones Ecclesiasticas exerceat, aut aliqua Potestate Ecclesiastica utatur. Est autem genus quoddam Censurae, quae non per modum Censurae, sed tantum per modum poenae imponitur; cuius frequens est in iure mentio, scilicet c. Tam litem. Extra. De Testibus, &c. Cum in cunctis, §. ult. Tit. De Electione, in Sexto. & Clemensina 1. §. pen. De Haereticis, & Clem. 2. De Penis. Quotiescumque enim Suspendio infligitur solum ad peccandum delictum praeteritum, non ad frangendam, ac demandam contumaciam praesentem, rationem Censurae non habet, sed poenae. Illud autem inter utrumque Suspendionis discrimen intercedit, quod illa, quae mere poena est, ad certum tempus infligitur: quae vero Censura est, non fertur ad certum tempus, sed tamdiu durat, quamdiu perseveraverit contumacia. Prima cessat elapso tempore, quo definita est, intervallo, absque alia Absolutione: altera sola Absolutione tollitur. Prima nullam Monitionem praeviam requirit, quam necessario postulat secunda, saltem illam, quae includitur in illa conditione. Si hoc feceris, vel Nisi satisfeceris. Est autem Suspendio Censura quadam Clericorum propria: nam Excommunicatio, & Interdictum non solum Clericos, sed etiam Laicos ligare possunt: ac Suspendio ipsos tantum Clericos attingere potest: nec enim ulli eius Ordinis, vel Officii, cuius est poenitus expertus, administratio vetari, & interdicti potest.

Suspendio alia est a Jure, alia ab homine: a Jure, cum quis ob amoniam, vel ob aliud delictum, ipso Jure ab executione sui Ordinis, vel Officii prohibetur: ab homine, cum quis iudicij Sententia ab eadem executione ex causa removetur.

Suspendio rursus alia est ab Officio tantum, alia a Beneficio dumtaxat: tertia ab Officio simul, ac Beneficio. Alia rursus integra, & totalis est, alia partialis: partialis est Suspendio ab Ordine, vel a Jurisdictione integra, & totalis est Suspendio ab Ordine, & Jurisdictione simul: Qui enim Suspendio est ab Ordine tantum, non potest ea, quae sunt Ordinis, sed potest ea, quae sunt Jurisdictionis: & e converso, si sit Suspendio a Jurisdictione, & non ab Ordine, si autem ab utroque, tunc neutrum potest (inquit S. Th. in 4. Sent. dist. 18. q. 2. art. 2. Quæstion. 3.)

Suspendio ab Officio absolute lata privat omni usu Ordinis, & Jurisdictionis, omnibusque functionibus Muneris Ecclesiastici, quantum persona capax est. Quomobrem, si Divinis se ingesserit: manente Suspendione, sit Irregularis, ut declarat Innoc. III. c. Cum medicinali, Tit. De Sent. Excomm. in 6. Cavens autem (inquit) Ecclesiarum Praebati, & Judices universi, ne praedictam poenam Suspendionis incurrant: quoniam si contingeret eos sic Suspendi Divina Officia exequi sicut prius; Irregularitatem non effugerent iuxta Canonice Sanctiones, super qua non nisi per Summum Pontificem poterit dispensari. Ut tamen Irregularitatem contrahat, qui ab Officio Suspendio est, requiritur, ut actum exerceat alicujus Ordinis propriam tanquam Minister.

Ea autem Suspendionis ab Officio vis est, ut absolute Suspendio, absque loci determinatione, ubique Suspendio censendus sit, ita ut nec in aliena Diocesi sacras functiones obire possit: sicut excommunicatus a suo Episcopo ubique a Communionem excluditur. Quod vero durationem spectat, si Suspendio profertur absque temporis limitatione, semper durat, donec auferatur ab habente potestatem. Perpetua tamen minime censenda est, nisi causa peremptoria Sententia finita sit, delictumque adeo grave, ut Suspendionem perpetuam mereatur. At in dubio censenda est temporalis, & ad iudicij prudentem arbitrium duratura, (secundum Regulam Juris 49. in Sexto.) in poenis benignior est interpretatio faciendâ.

ARTICULUS II.

Regula circa Suspendionem.

REGULA PRIMA.

Suspendio ab Officio, consequenter ab Ordinum susceptione prohibetur.

Suspendio enim ab inferiori Ordine, consequenter suscipiens est ab usu superiorum Ordinum, si ad illos promotus est, vel ab eorum susceptione, si non est promotus. Cum itaque Suspendio ab Officio prohibetur ab usu superiorum Ordinum, ita ab eorum susceptione acrius censendus est.

Clericus Suspendio ab Ordine sit Irregularis, si functiones Ordinis exerceat.

De Suspendione.

REGULA II.

Suspendio ab Ordine, consequenter Suspendio est ab usu Jurisdictionis, cum Ordinis functione connexo.

Quomobrem Confessiones audire, & Sacramentaliter absolvere non potest.

REGULA III.

Qui a Jurisdictione Suspendio, autem aliquam Jurisdictionis nihilominus exerceat, non sit Irregularis.

Irregularitas enim non imponitur nisi ob violationem Suspendionis ab Ordine: nullam vero poenam Jus decernit contra eos, qui Suspendionem a Jurisdictione violaverint, sed eam reliquit arbitrio iudicij.

REGULA IV.

Suspendio a Beneficio, sicut Beneficij fructibus privatur: & tamen ad omnes Officij partes implendas obligatur.

Distinguitur enim Beneficium ab Officio, propter quod institutum, & collatum est; adeoque Suspendio a Beneficio multos Officij facti actus prohibet, sed Jus tantum percipiendi fructus impedit, ne in actum prodeat, sive ne Clericus Jure Beneficij utatur ad fructus percipiendos. Nec tamen obligationem tollit implendi omnes partes Officij, propter quod sacre militiae stipendium Clerico collatum est: quod stipendium culpa sua non percipit: commodum porro ex culpa reportare non debet; nec Censura, quae poena Ecclesiastica est, tollit onus, in eorum praesertim detrimentum, qui Beneficia fundaverunt, aut Christianae plebis, quae Sac. Ministeris suo Jure a Clericis expectat, & postulat.

REGULA V.

A Beneficio simpliciter, & absolute Suspendio, censendus est Suspendio ab omnibus Beneficiis.

Locutio enim indefinita hac in materia, sicut & in aliis, aequivalere universaliter, nisi sensus ejus restringatur expressis verbis ad certa dumtaxat Beneficia, v. g. ad illa, quae in tali Ecclesia quis possidet: quae restrictio habetur cap. Cipientes, & cap. Si compromissarius, Tit. De Electione, in Sexto.

REGULA VI.

Episcopus Clericam sibi subditam Suspendere potest a Beneficiis, quae in alia Diocesi obtinet.

Censura enim fertur in personam, cui Jus inhæret: quæ jubet Beneficij, quamvis Jus illud sit ad fructus percipiendos in alio territorio, vel Episcopus: at persona Clerici Episcopo domiciliis subdita est. Idque confirmatur ex c. Postulasti, Extra. De Vere competentis: cujus hæc sunt verba: Postulasti per Sedem Episcopalem edoceri, utrum Sacerdos habens Ecclesiam in una Diocesi, & residens in eadem, domicilium vero pariterni ratione in alia, ibi delinquens, ab eo, in cuius Diocesi habet pariternum, pro delicto ibidem commissio debeat iudicari: praesertim in causis, quae Officij sui, seu Beneficij privationem exposcunt. Ad quod breviter respondendum, Quod per Episcopum, in cuius Diocesi deliquit, Sententia promulgata poterit in eandem: sed ab eo, in cuius Diocesi Beneficium obtinet, erit quoad illum executio faciendâ. Sed quoniam hæc de Potestate Episcopi vera sit: in usu tamen Sententiam Suspendionis ab Episcopo prolatam, nisi amplius declaratur, ita intelligendam esse vult Panormitanus, ut suspendat solum a Beneficiis in sua Diocesi sitis: nam odia, & poenae restringendae sunt, quoad commode fieri potest.

REGULA VII.

Suspendio a Beneficio simplex, & absoluta novi Beneficij imperationem & collationem prohibet.

Cui enim aliquis functione, vel usu interdictum est, eidem interclusus censendus est auditus ad id, quod est principium talis functionis, vel usus, ut colligitur ex c. Si celebrat, Extra. De Clerico excommunicato ministrante. Et confirmatur ex c. Per inquisitionem, Extra. De Electione, quo jubetur, ut qui malæ Episcopi electioni fuerat suffragatus, atque ita se Beneficij Ecclesiastici indignum reddiderat, alio Beneficio privetur, ad quod ipse postea electus fuerat. Hæc autem indignitas, (ut notat Glossa) in eo præcipue posita erat, quod malæ illius Electionis ratione Suspendio fuerat a Beneficiis, juxta c. Cum in cunctis, eodem Titulo. Collatio tamen Beneficij facta Clerico, qui a Beneficio simpliciter Suspendio est, non est ipso Jure irrita, sed a Superiori potest irrita declarari, ut colligitur ex cap. Si celebrat, mox laudato.

REGULA VIII.

Suspendio a Beneficio, fructibus omnibus Beneficij, cuiuscumque sit rationis, seu redditus annuis, seu decima, primitivæ, dilationes, quin etiam quotidianis distributionibus privatur.

Ad illa enim omnia Jus tribuit Beneficium: & quamvis de Suspendio quotidianæ distributiones propter praesentiam, vel minime, nil.

De Censuris Ecclesiasticis.

nisterium aliquod in Divinis Officiis datur: illa tamen praesentis, vel ministerium sufficiens ratio non esset distributiones illas obtinendi, nisi Jus ex Beneficij titulo derivaretur. Sunt ergo distributiones illae velut pars quaedam Beneficij: quomobrem Suspendio a Beneficio ab his etiam distributionibus obtinendis impedit: non autem a foris oblationibus five extraordinariis stipendiis, & elemosynis, quae per se Beneficio non sunt annexae, sed ob Missæ celebrationem, aut aliud Ministerium Ecclesiasticum Beneficio non annexum, Sacerdotibus viritum conferant Fideles.

REGULA IX.

Qui a Beneficio Suspendio, fructus illius nihilominus percipit, lethaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, etiam si Suspendio sit occulta.

Qui enim rem alienam usurpat, peccat contra iustitiam, & ad restitutionem tenetur; quia nemo potest iuste retinere, quod suum non est: qui autem Suspendio est a Beneficio, fructus suos non facit; adeoque rem alienam usurpat, cum illos percipit: graviter itaque peccat, & ad illorum restitutionem obligatur. Nec refert, quod occulta sit Suspendio, quia suum nihilominus consequitur effectum, prohibetque, ne sic fructus fructuum dominium acquirat. Nec vero contrarium colligi potest ex Constitutione Ad evitanda, tum quia ibi solum de communicatione agitur, non de fructuum percipiendione; tum etiam quia homini Censura victo nullum Beneficium vel privilegium per illam concessum est.

REGULA X.

Suspendio ab Ordine Beneficium conservat valide, ac iuste potest.

Non est enim incapax obtinendi Beneficij, cum aliud sit Suspendio a Beneficio, & Suspendio ab Officio. Unde Honorius III. Cap. Vel non est Compos, Extra. De tempore Ordinationum, suspendit per eum tredecim annorum usque ad legitimam aetatem; & tamen præcipit, ut ei Beneficium Ecclesiasticum competens conferatur.

REGULA XI.

Prælati ab Ordine Suspendio, nihilominus Beneficia conferre potest, ad quorum collationem Jus habet.

Beneficiorum enim collatio nulli Ordinis, sed solum Jurisdictionis actus est. Ob eandem rationem ferre potest Excommunicationem, sicut Censuras Ecclesiasticas, & ab illis absolvere: & Canoniam illam Absolutionem tribuens non sit Irregularis, nisi id præstet tanquam Sacerdos, & cum solemnitate, quam præscribit Cap. A nobis, secundum, Extra. De Sent. Excomm. & Ritualia.

REGULA XII.

Episcopus ab Ordine collatione Suspendio, ipsos conferendos sit Irregularis.

Episcopus enim Ordo facit est, cuius præcipuus actus est consecratio Sacerdotum, & Ministerium Ecclesiae: itaque Suspendio ab Ordine collatione est vere, & propterea Censura Ecclesiastica, quippe quae privat Episcopum præcipua sui Ordinis functione. Quomobrem si Ordines conferat, five Majores, five Minores, sicut tanquam Minister functionem Ordinis Episcopalis exerceat, Irregularis efficitur, juxta Cap. Cum aeterni, Tit. De Sent. & Re iudicata, in Sexto, & Cap. Cum medicinali, Tit. De Sententia Excomm. ibidem.

REGULA XIII.

Episcopi, sique Superiores, nunquam incurunt in Suspendionem, vel interdictum ipso Jure: nisi de illis expressa mentio fiat.

Hanc Regulam tradit Innoc. IV. in Conc. Lugdunensi, & habetur c. Quia periculosum, Tit. De Sentent. Excomm. in 6. Quia (inquit) periculosum est Episcopis, & eorum Superioribus, propter executionem Pontificalis Officij, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu interdicti, vel Suspendionis incurant Sententiam ipso facto: nec deliberatione provida duximus statuemus, ut Episcopi, & alii Superiores Praelati, nullius Constitutionis occasione, Sententia, sive Mandati prædictam incurant Sententiam ullatenus ipso Jure nisi in ipse de Episcopis expressa mentio habeatur. Quo privilegio gaudent etiam Episcopi electi, & confirmati, quamvis nondum consecrati: siquidem actus Irisdictionis exercere possunt. Favores enim convenit ampliari, & Privilegia præsertim a Principe concessa, ut habent Regulæ Juris.

REGULA XIV.

Suspendio generatim lata in Clericis, non minus Regulares quam Seculares Clericos complectitur. Nomen enim, & Officia Clerici Regularibus, & Secularibus Clericis communia sunt. Unde quæ de vita, & ho-

nestate Clericorum in sacris Canonibus sunt sancita, quæcumque Conciliorum, aut Summorum Pontificum Decretis prohibita sunt veluti Ordini Clericali indecentia, non minus Regulares Clericos spectant, obligantque, quam Sæculares. Si ergo Constitutio aliqua, vel Mandatum Clericis aliquid jubet, vel prohibet sub poena Suspendionis, in eam incurrare pariter censendi sunt Regulares, & Sæculares Clerici, nisi materia Legis, Constitutionis, aut Mandati ad Sæculares tantum pertinet: vel potestati ferentis Constitutionem, aut Mandatum, v. g. particularis Episcopi. Regulares non subjacent ob Exemptiones, & Privilegia.

REGULA XV.

Suspendio in Communitatem, seu Capitulum, aut Conventionem jure ferri potest.

Hæc Regula ex Ecclesiae usu perspicua est, & confirmatur, Cap. Quis a se, Tit. De Electione, in Sexto, quod contra Capitula, Conventus, & Collegia, & singulares eorumdem personarum edictum est, quæ Cathedralibus, & Regularibus, ac Collegiatis Ecclesiis vacantibus, bona a Prelatis dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris Sacerdotibus reservari debuissent, occupant, inter se dividunt, subripiunt, dilapidant, dissipant. Decernit autem Pontifex, Ut hi, qui præmissa de cetero præsumpsissent, (nempe Capitula ipsa, Conventus, Collegia, & singulares eorumdem personarum) eo ipso sint, & tamdiu maneat ab Officio, & Beneficiis quibuscumque Suspendio, donec plene restituerint quicquid de bonis perciperint supra dictis.

Idem rursus confirmatur ex c. Si ad Episcopum, Tit. De Sede vacante aliquid innovetur in Sexto. Si (inquit) ad Episcopum, & Capitulum communiter pertinet collatio Praebendarum: mortuo Episcopo, vel a Beneficiorum collatione Suspendio, poterit Capitulum vacante conferre Praebendam: etiam si Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut Praelatus. Idem poterit Episcopus, si Capitulum ab ipsa collatione Suspendio contingat, vel singulariter omnes de Capitulo mortui Excommunicationis vinculo innodari.

Denique idem confirmatur ex Concilio Trid. Sess. 24. De Reformatione, Cap. 16. ubi Capitulum quod Sede vacante constituit Oeconomum, & Vicarium Generalem tempore, & modo ibi præscriptis, facultate contentiendi eos Ministros privatur, quod est ab eo Munere pro hac vice Suspendio: jusque deputationis huiusmodi ad Metropolitanum devolvitur, vel, si Ecclesia Metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum ex Suffraganeis; si vero Exempta, ad propinquorem.

REGULA XVI.

Sine peccato proprio aliquis Suspendio potest; non tamen sine causa.

Ita docet S. Thom. in 4. Sentent. dist. 18. q. 2. art. 3. q. De Suspendione. 2. ad 2. Suspendio (inquit) non tanta poena est, quanta Excommunicatio, quia Suspendio non fraudatur Ecclesie Suffraganeis sicut Excommunicatio: unde etiam aliquis sine peccato proprio Suspendio potest.

Idem confirmatur ex c. Requisivit, Extra. De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, ubi qui ab hujusmodi Episcopo ignorans ordinatus est, ab executione Officij suspenditur, nisi prudens Pontifex eum eo dispensaverit. Et c. Vel non est Compos, Extra. De Temporalibus Ordinationum. Puer tredecim annorum in Diaconum ordinatus ab executione Officij Diaconi usque ad aetatem legitimam suspenditur in injuriam Ordinationis.

Quod autem obijci potest, Poenam iuste non infligi sine culpa propria, fallum esse docet Regula Juris, hanc exceptionem sponens: Nisi subsit causa. Cap. Sine, Titul. De Regulis Juris, in Sexto, Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

REGULA XVII.

Suspendionem, quæ fertur ad frangendam contumaciam, præcedere canonica Monitio debet.

Nemo enim contumax est, & habetur, nisi monitus fuerit.

REGULA XVIII.

Suspendio, quæ fertur, ut poena dumtaxat delicti præteriti, sine prævia Monitione infligi potest.

Id colligitur ex Cap. Tam litteris, Extra. De Testibus, ubi Summus Pontifex Innoc. III. Archiepresbyterum Luca-num, & Sacristam, qui Litteras contra Lucanum Episcopum electum sub nomine majoris partis Capituli ad ejus Sanctitatem falso scripserat, propter istud crimen ab Officio, & Beneficio suspendit, etiam si Monitio nulla præmissa esset, neque ab homine, neque a Jure per Legem aliquam, quæ tale delictum sub poena Suspendionis prohiberet.



REGULA XIX.

Fideles non tenentur vivere suspensum Clericum in illis, in quibus suspensus est, nisi sit denunciatus.

Hec Regula colligitur ex Constitutione, Ad vitanda. Quamobrem Sacerdotem ab Officio suspensum & non denunciatum, inducere possunt absque mortali peccato ad celebrandum, ad Sacramentum Penitentiae, vel Eucharistiae administrandum, ad Sententiam in foro exteriori ferendam, ob necessitatem suam, vel commodum, si ratione Officii ad haec Ministeria in eorum utilitate obedienda teneatur. Possunt etiam suspensum a Beneficio participem facere fructuum ejusdem, si non sit nominatim denunciatus. At denuntiatio in his vitare tenentur; alioquin Claves Ecclesiae continentur, & contra obedientiam Ecclesiae debitam peccentur: & cum Clerico contumace, & suspensus ad peccatum mortale cooperari censentur.

REGULA XX.

Suspensio in poenam delicti praeteritis ad certum tempus lata, elapso tempore ipso jure tollitur absque Absolutione.

Sublato enim impedimento, res per se ipsa redit ad primum statum; & qui non est impeditus, potest uti jure suo: ac suspensus non privatur Officio, vel Beneficio suo, sed functionibus dumtaxat, usque impeditur: cum ergo hoc impedimentum cesset elapso tempore, Officium ut prius exercere, ac Beneficii fructus percipere potest, ut Juris Canonici Consulti observant.

REGULA XXI.

Suspensio ad certum tempus, vel etiam in perpetuum explicita lata, Superioris dispensatione, vel Absolutione tolli potest.

De Suspendione.

Manet enim semper potestas penes Superiorem solvendi subditum ab hac poena, nondum licet elapso tempore, quo definita est: vel licet in perpetuum lata sit; cum a depositione, & excommunicatione, sive degradatione differat.

REGULA XXII.

Suspensio a Jure lata in poenam delicti, sive perpetua, sive ad certum tempus, ab Authore tantum Canonis ante tempus elapsum solvi potest, si publica sit, & ad forum contentiosum delata.

Hujus enim poenae condonationem, sive absolutionem tacite sibi reservasse censetur; a qua proinde nullus inferior potest absolvere, secundum cap. Nuper, Extra. De Sententia Excom. Atque ita sententia Juris Canonici Consulti cum Glossa in cap. Cipientes, §. Ceterum, tit. De Electione, in Sexto. Idque locum habet non solum in Suspensionibus Jatis ipso Jure, sed etiam ferendis secundum Jus. Verb. g. si lex in delictis alicujus reos triennalem Suspensionem decernat, (ut c. Cum inhibito, Extra. De Claustrum Dispensatione,) non poterit Episcopus illam infringendo minuire, nec in illa inficta dispensare: quia inferior Judex in Legge Superioris dispensare non potest, nec reum convictum a poena Legis absolvere. Nam Facti quastio in arbitrio est judicantis; poena vero prosecutio non ejus voluntati mandatur, sed Legis auctoritati reservatur; (inquit Papinianus Lib. 1. Digest. Ad Senatus. Turpil.) Idque confirmat S. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. Judex (inquit) inferior non habet potestatem absolventi reum a poena contra Legem a Superiore sibi impositam. At vero si Jus Canonicum, sive Constitutio Pontificia decernit Suspensionem ferri in eum, qui tale delictum commisit, nulloque tempore illam definit, nec perpetuum fore significet; integrum erit Judici eam ferenti ad certum tempus restringere, vel latam ante tempus elapsam remittere, quia tunc non in Legge Superioris dispensare, sed Sententiam suam temperare censetur.

REGULA XXIII.

Quamlibet Suspensionem ex delicto occulto provenientem, & ad forum contentiosum non delatam, Episcopi solvere possunt.

Ita declarat Conc. Trid. sess. 24. De Reformatione, c. 6. Licet (inquit) Episcopi in Irregularitatibus omnibus, & Suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis delictis ad forum contentiosum, dispensare; & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, distinguentes quoscumque sibi subditos, in Diocesi sua per seipso, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiae, gratis absolvere, imposita Penitentia satisfari.

REGULA XXIV.

Suspensio quaelibet a Jure lata ab contumaciam, nisi Summo Pontifici reservata sit, ab Episcopo, aut Praelato auctoritatem quasi Episcopalem habente solvi potest.

Hec regula colligitur ex c. Nuper, Extra, De Sent. Excom. cujus haec sunt verba: Quia Consistor Canonis ejus Absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alii relaxandi. Quae tamen de Suspensionem sola dicta sunt, a Juris tamen Canonici Consulti ad Suspensionem extenduntur, cum hoc discrimine, quod ab Excommunicatione a Jure lata quilibet Sacerdos ad Confessiones audiendas approbatus, a Suspensionem vero solus Episcopus, aut Vicarius ejus absolvere possit. Ratio discriminis est, quod Absolutio ab Excommunicatione multo magis sit ad salutem animae necessaria: siquidem Excommunicatio participatione Sacramentorum, & communicatione suffragiorum privati: non vero Suspensionem.

REGULA XXV.

Suspensionem ab homine latam solus ille per Absolutionem auferre potest, qui eam tulit.

AT T I C U L U S V.

Qua Suspensiones ipso Jure latae.

I. Ab Ordinis suscepti executione suspenduntur, qui Sacrum Ordinem scientes susceperunt ab Episcopo, qui loco simul, & dignitati renuntiavit. Si autem renuntiationem hujusmodi ignoraverint, cum ipsis dispensari poterit ab Episcopo proprio, nisi ignorantia crassa fuerit aut supina, (cap. Requisitus, Extra. De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu.)

II. Ab Ordinum executione suspenduntur ordinati ab Episcopo excommunicato, suspensus, vel interdicto denunciato, ut colligitur ex c. Quod a Praedecessore, & c. Fraternalitati, Extra, De Schismatibus. Idem est iudicium de eo, qui ab Episcopo Simonice per Sententiam declarato est ordinatus. Can. Si qui a Simoniacis, causa 1. q. 1. & cap. Per suas, Extra, De Simonia.

III. Qui Ecclesiasticos Ordines in Excommunicatione positi scienter acceperunt. Quae Suspendio Summo Pontifici reservata est. (Cap. Cum illorum, Extra. De Sententia Excom.)

IV. Qui aliquem Ordinem simonice susceperint. (Cap. Per suas, 37. Extra. De Simonia, & Extrav. Cum deservibile, Lib. 5. Extrav. comm. tit. De Simonia.)

V. Qui per saltum ordinantur, idest, superiorem Ordinem inferiore praeteritis suscipiunt, ab Ordine sic suscepto sunt suspensi. Potest tamen Episcopus cum sic promotis dispensare ex legitima causa, si non ministraverint; modo praetermissum Ordinem prius susceperint. Cap. Tota, Extra. De Clerico per saltum promotus, & Concilii Trident. sess. 23. De Reformatione, c. 14.

VI. Qui duos Ordines sacros una die, aut duobus diebus immediate consecutus susceperunt, ab Ordinis postremo suscepti executione: qui vero eisdem ita consulenter Episcopi, ab utriusque Ordinis collatione suspenduntur. (Cap. Litteras, Extra, De Temporib. Ordinationum.)

VII. Qui majores Ordines ante legitimum aetatem, vel extra tempora ab Ecclesia constituta, vel sine litteris dimissoria ab alieno Episcopo suscipiunt, Suspensionem sustantur Constitutione Pii II. quae incipit, Cum ex Sacrorum, & altera Sixti V. quae incipit, Sanctum, & salutare. Quam Suspensionem etiam Summo Pontifici reservaverit Sixtus V. ab ea tamen, si sit occulta, Episcopus absolvere potest, quia Clemens VIII. Constitutione, quae incipit, Romanum Pontificem, Decretalem Sixti V. moderatus est; secundum Trident. Concilii Decreta.

VIII. Qui sacros Ordines suscipiunt consilio Titulo patrimonii, vel Beneficii, atque salutarum Ordinationem. Quamvis enim Conc. Trid. sess. 23. c. 2. statuat, ut nemo ad S. Ordines promoveatur, nisi prius legitime consilet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vicium honeste sufficit, pacifice possidere, vel aliunde habeat, unde vivere possit: Antiquorum Canonum poenas super his innovando, & Sac. Congr. Trid. Conc. Interpres declaraverit, isto Concilii Decreto innovatam quidem esse poenam cap. Cum secundum, Extra. De Praebendis, quae mensam Episcopalem obligat ad alimenta praebenda sic ordinato, non autem poenam Suspensionis in Episcopum latam Can. Neminem, & Can. Sanctorum, dist. 70. Eadem tamen Sac. Congr. die 27. Nov. 1610. respondit, poenam Suspensionis antiquis Canonibus latam, a Trid. Conc. innovatam fuisse in Clericum, qui consilio Beneficii, aut patrimonii Titulo Ordinatore deceptus.

IX. Suspenduntur Clerici, qui ante Ordinationem, vel cum Episcopo ordinante, vel cum Patrono ad Ordines praesentate paciscuntur, quod alimenta, aut provisionem ab eis non postulant. Ordinatio item a collatione, Praesentator vero ab executione Ordinum sunt suspensi: omnium abso.

De Suspensione.

Suspensioes a jure latae.

absolutione, sive dispensatione Sedi Apostolicae reservata. (Cap. Si quis ordinaverit, Extra. De Simonia.)

X. Qui furtive, idest, inficio Episcopo, nec approbante, nec examine, Ordines susceperunt, sive non vocati, aut non approbati inter Ordinandos irrepserunt, aut alium in sui locum, suoque nomine subfuerint examini. (Cap. Veriens cap. Cum lator, & c. Innotuit, Extra. De eo, qui furtive Ordinem suscipit.)

XI. Qui vacante Episcopatu, & Beneficii Ecclesiastici recepti, vel recipiendi occasione non arctati, Sacros Ordines susceperunt cum litteris dimissoria a Capitulo infra annum vacationis concessis. Suspensi sunt (inquam) ipso Jure sic ordinati ab executione Majorum Ordinum, ad beneplacitum Episcopi futuri. Capitulum vero contraveniens Ecclesiastico subjacet Interdicto. Qui autem Minores Ordines cum dimissoria hujusmodi susceperunt, nulli Censura pleuntur, sed excludunt Privilegio Clericali, praesertim in criminalibus. Ita fanxit Conc. Trid. sess. 7. De Reformatione, c. 10. Quam poenam eadem Sacra Synodus sess. 23. De Reformatione, cap. 10. ad illos extendit, Qui eisdem litteras non a Capitulo, sed ab alio quibusvis in Jurisdictione Episcopi, loci, & Capituli, Sede vacante, successerint obtinuerunt. Concedentes autem dimissoria contra formam Decreti, ab Officio, & Beneficio per annum ipso Jure sunt suspensi. Quam poenam censendi sint arctati occasione Beneficii recepti, vel recipiendi, explicabitur in Tractatu De Sacramento Ordinis.

XII. Qui post Matrimonium contractum etiam non consummatum, exceptis casibus a Canone concessis, Ordinem Sacrum susceperit, ab Ordine sic suscepto ipso Jure suspensus est, nec ad superiores Ordines provehi, nec ad aliquod Beneficium, vel Officium Ecclesiasticum valet promoveri, ut declarat Joannes XXII. Extrav. Antiqua, tit. De Verbo. Nisi forte solvatur Matrimonium, Religiosa Professio canonice emissa, quo casu Episcopus dispensare cum ipso poterit.

XIII. In Suspensionis poenam incurrit Presbyter, qui Missam celebrat, & Christi Corpus, sic Sanguinem in eo non sumit. (Can. Relatum, dist. 2. De Consecratione.) Item qui Missam incompletam sine gravi causa dimittit. (Can. Nullus Episcopus, dist. 1. De Consecratione.)

XIV. Ab ingressu Ecclesiae sunt suspensi, quicumque in loco interdicto celebrant, aut celebrari jubent, donec ad arbitrium Episcopi satisfecerint. Item quicumque Clerici, etiam Regulares, & Exempti admittunt ad Sacramenta, vel ad divina Officia, aut Ecclesiasticam Sepulcrum publicae excommunicationis, suspensus, vel interdictos. (Cap. Episcopus, tit. De Privilegiis, in 6.)

XV. Qui manifestos Usurarios ad Communionem Eucharistiae, vel ad Sepulcrum Ecclesiasticum admittunt, vel recipiunt eorum oblationem. Hi (inquit) ipso Jure ab Officio sunt suspensi, donec ad arbitrium Episcopi satisfecerint. (Cap. Quia in omnibus, Extra. De Usuris.)

XVI. Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive Sacerdalis, etiam si sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, qui alterius Parochiae Sponsos sine illorum Parochii licentia Matrimonio conjungere, aut benedire ausus fuerit, ipso Jure tamdiu suspensus manet, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui Matrimonio interesse debet, seu a quo beneficium suscipienda erat, absolvatur. Ita statuit Sacra Synodus Trid. sess. 24. De Reformatione Matrimonii, cap. 10.

XVII. A Beneficiis suspenduntur ad triennium, quibus eligentes indignum ad Episcopatum, aut ad inferiora beneficia, quibus animarum cura annexa est. (Cap. Cum in canibus, tit. De Electione, in 6.) Item qui per abusum facultatis Potestatis contra canonicam libertatem, alique ad Ecclesiasticum Dignitatem eligere ausi fuerint, ab Officiis, & Beneficiis ad triennium suspensi sunt, & hac vice privatur eligendi potestate, adeoque facta ab illis electio irrita est. Qui vero electioni sic de se facte consentit, ineligibilis, nec abque dispensatione ad aliquem eligi valet Dignitatem. (Cap. Quia sepe, Extr. De Electione.)

Suspensiones a jure latae.

XVIII. Qui Sede vacante Ecclesiae Cathedralis, Collegiatae, aut Regularis, occupant bona pertinentia ad Praesulum defunctum, vel ad Successorem, vel ad ipsam Sedem, suspenduntur ab Officiis, & beneficiis, donec integre restituant. (Cap. Quia sepe, tit. De Electione, in Sexto.) Similiis Suspendio ferretur in Clericos Episcopos inferiores, qui bona vacantium Ecclesiarum sibi subsecrunt in suos usus convertunt. Episcopi autem id facientes, ab ingressu Ecclesiae suspenduntur. (Cap. Praesens, Tit. De Officio Ordinarii, in Sexto.)

XIX. Episcopus conferens Ordines, aut Tonsuram extraneis absque proprii Episcopi licentia, aut etiam subdicio in aliena Diocesi sine expressa licentia Ordinarii, suspensus est ipso Jure a Pontificali; Clericus vero recipiens, est suspensus ab Ordine suscepto ad arbitrium Episcopi (ex Concilio Tridentino sess. 6. De Reformatione, c. 5, & sess. 23. c. 8.)

XX. Episcopus ordinans Religiosum non professum, suspensus est per annum a collatione Ordinum quos ei constituit, ut fanxit S. Pius V. Clericos Soc. Jesu, qui in ea vobis simplicia emerunt, Gregorius XIII. exceptos voluit. Novitii sic ordinati suspensi sunt ab Ordinum executione. Natal. Alex. Theol. Tom. I.

XXI. Qui bigamum ad Ordinem promovet, vel quemlibet invitum, a celebratione Missae per annum suspenditur. (Can. Nullus, dist. 55. can. Episcopus, & can. Gesta, dist. 74.) Qui vero sciens volens Sacerdotem Ordinem conferre indigno, seu suspensus ab illius Ordinis receptione, suspenditur a collatione Ordinis Sacerdotalis. (Can. Si qui Episcopi, Causa 2. q. 2.)

XXII. Episcopus, qui Tonsuram Clericalem confert infanti, nondum scilicet septenni, idest, qui legere nesciat, & scribere, Doctrinaque Christiana sit ignarus, conjugato, nisi volenti Religionem intrare secundum Canones; vel homini Diocesis alienae absque sui Superioris licentia, per annum a collatione Clericali Tonsura dumtaxat suspensus est. (Cap. Nullus, tit. De Temporibus Ordinationum, in Sexto.)

XXIII. Episcopus conferens Ordines simonice, sive cum pacto, ut Ordinatus ab ipso non petat alimenta in defectu beneficii, aut Patrimonii, suspenditur per triennium a collatione Ordinum. (Cap. Si quis ordinaverit, Extra. De Simonia.)

XXIV. Episcopus, aut quivis alius Beneficiorum Collator, qui beneficium Religionem admittit contra formam Constitutionis S. Pii V. quae incipit, Quanta Ecclesia Dei, estque inter eas Diplomata 58. suspensus est a collatione, praesentatione, electione, confirmatione, institutione, donec a Romano Pontifice absolvatur.

XXV. Episcopus, aut Abbas, alienas bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut piorum locorum, sine Summi Pontificis licentia, suspensus est ab ingressu Ecclesiae: si post sex menses non resipuerit, suspenditur ab Administratione temporalis, & spiritualis suae Ecclesiae. Inferiores vero ejusdem criminis rei excommunicati sunt ipso Jure. (Cap. Ambitiosa, tit. De rebus Ecclesiae non alienandis, in Extrav. Comm.) Ab Officio patris, & administrationis rerum temporalium commissa sibi Ecclesiae suspenduntur Episcopi, & alii Praelati, qui bona immobilia commissaria sibi Ecclesiarum Laicis subjiciunt sine Capituli consensu, & specialis Sedis Apostolicae facultate, exceptis casibus in Jure permixtis. (Cap. Hoc consilium, tit. De rebus Ecclesiae non alienandis, in Sexto.)

XXVI. Episcopus Monasteria Monialium absque necessitate ingressus, prima vice in Suspensionem incurrit ab ingressu Ecclesiae: secunda vice suspenditur a divinis, tertia, Excommunicatione pleuntur ut fanxit Greg. XIII. Constitutione, quae incipit, De Sacri.

XXVII. Episcopus permittens publicos Feneratoris alienigenas conducere domos in sua Diocesi ad exercendum laevum, suspensus est ab Officio, & beneficio, donec illos expulerit. (Cap. Usuras, tit. De Usuris, in 6.)

XXVIII. Conventus, & Capitula, quae directe, aut indirecte aliquid exigunt ob receptionem alicujus in Monasterium, sive ante, sive post illam, aliquid pretio ultimatum, seu pecunias, seu convivii, seu vasa argentea, ornamenta, aut quidvis aliud, etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis alium pium usum deputata, vel deputanda, suspenduntur ipso Jure ab Officio, & Beneficio: singulares vero personae tam tamen, quam accipientes in excommunicationem incurunt ipso facto, neque his Censuris extra mortis articulum solvi possunt. (sive specialis Sedis Apostolicae licentia. (Cap. Sane, tit. De Simonia, Lib. 5. Extrav. Commun.)

XXIX. Superiores Ordinum Mendicantium, qui aliquem admittunt ad Professionem, nondum expleto Probationis anno, ipso Jure sunt suspensi. (Cap. Non solum, Tit. De Regularibus, in Sexto.)

XXX. Ab Ordine Religioso Apostata, qui Ordinem sacrum in Apostasia statim suscipit, ab illius Ordinis functionibus, & ab aliorum susceptione suspensus est, donec Summus Pontifex cum ipso dispensaverit; etiam si ad alium Ordinem absque necessaria licentia transferat, in quo Sacrum Ordinem susceperit. (Cap. Consultationis, Extra. De Apostatis.)

XXXI. Ab Officiis, Administrationibus, & Beneficiis suspensi sunt ipso Jure Regulares defraudantes Ecclesias decimis eis debitis, vel eas usurpantes, nisi intra duos menses satisficiant. Qui autem, nec Officia, nec Beneficia, nec Administrationes habent, Excommunicationis vinculo constringuntur. (Clem. 1. De Decimis.)

XXXII. Praelati Regulares, ad quos aliquid quovis modo pervenit occasione certorum damnorum ad eorum subditos illatorum Ecclesiarum, aut Personarum Ecclesiasticarum, nisi satisfactionem plenariam illis exhibuerint intra mensem, postquam id ab ipsis fuerit postulatum, Suspensionis Sententiam usque ad satisfactionem debitam eo ipso incurunt. Damna autem illata haec sunt: Praelatis Ecclesiarum in suis Concionibus detrahenda, aut etiam retrahere Laicos ad Ecclesiarum statum frequentia, vel accessu: cum testamentorum confectioibus interfutur, a restitutionibus debitis, aut Legatis Maritibus Ecclesiae faciendis retrahere testatores: legata, vel debita, aut male ablata incerta, sibi, aut aliis singularibus Ordinibus sui Fratris, vel Conventus, ut in aliorum damnum fiant, seu erogentur, procurare: a Capibus Sedi Apostolicae, aut locorum Ordinariis reservatis quemquam absolvere: indifcretas, sive falsas, & non concessas.



cessas Indulgentias promulgare: Personas Ecclesiasticas, praesertim eorum Judicibus a Sede Apostolica delegatis Jus suum prosequentes vexare indebite, aut ad loca plura, & multum remota convenire. (Clem. Religiosus, Tit. De Privilegiis, & excessibus Privilegiatorum.)

XXXIII. Confessarii Regulares, qui Penitentibus apud eos peccata sua deponentibus non fuerint eos teneri ad solvendas decimas Rectoribus Parochialium Ecclesiarum, suspenduntur ab Officio concionandi, donec eosdem Penitentibus decurant, quam primum opportunitate data ipsos ad id obligari, nec tuta conscientia decimas hujusmodi retinere, aut eorum solutionem reculare, vel differre possit. (Clem. Capientes, Tit. De Penit.)

XXXIV. Clerici concubinari, quorum crimen notorium est per Sententiam, seu per Confessionem factam in Jure, aut per evidentiam rei, quae tergiversatione aliqua celari non possit, olim suspensi erant, non solum quoad se (quae Suspendio mortale quolibet peccatum sequitur) sed etiam quoad alios, itur in divinis Officiis vitandi essent; ut habetur (Cap. Questum, Extra. De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.) Sed hae Censurae Jure novo sublatae est, secundum quod Clerici concubinari, quorum crimen notum est & publicatum, suspensi non sunt, nisi Suspensionis Sententia in eos, praevia monitione Canonica, & Ecclesiastico Judice lata sit, nominatimque fuerint denunciati; ut colligitur ex Constitutione, Ad vitandas, & ex Conc. Trid. sess. 25. De Reform. cap. 14. Primo namque prohibet S. Synodus, ne Clerici concubinas, aut alias mulieres suspectas in domo, vel extra retineant, aut cum illarum consuetudinem habeant: alioquin penis a Jure, vel Statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Secundo, ut si a Superioribus moniti, ab his se non abstinuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum Beneficiorum suorum quorumcumque & Pensionum, ipso facto sint privati. Tertio, si in delicto eodem cum eadem, vel alia legitima perseverantes, secunda Monitioni adhuc non paruerint, a Beneficiorum administratione, quoad Ordinarias, abdicantur, suspenduntur. Quarto si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum his intemperanter, tunc Beneficis, Portionibus, ac Officiis, & Pensionibus quibuscumque Ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles, & indigni quibuscumque honoribus, Dignitatibus, Beneficiis, ac Officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vitae emendationem, ab eorum Superioribus, cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Quinto, ut si intermissam consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adungere ausi fuerint, praeter praedictas penas, Excommunicationis gladio plectantur. Sexto, ut Clerici Beneficia Ecclesiastica, aut Pensiones non habentes, juxta delicti, & contumaciae perseverantiam, & qualitatem, & ab ipso Episcopo carceris poena, Suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta factos Canones, puniantur. Postremo, ut Episcopi, si ab hujusmodi crimine (quod abest) non abstinuerint, a Synodo Provinciali admoniti, se non emendaverint, ipso facto sint suspensi. Ex quo Tridentinae Synodi Decreto colligitur, Clericos concubinos, quorum publicum, & notum crimen est, non esse ipso Jure suspensos: tum quia post secundam monitionem amittunt solum fructus, & ab administratione Beneficiorum arbitrio Ordinarii suspenduntur; & si postea non paruerint, Concilium praecipit, ut Beneficis priventur, lata scilicet ab Episcopo, vel ejus Officiali Sententia: non sunt itaque ipso Jure suspensi ab Officio, si sit suspensus propter crimen grave, & sit in mora petendi Absolutionem, censetur etiam suspensus a Beneficio, ut Jura Canonici Periti colligunt cum Auctore Glossae in Clementinam Capientes, tit. De Penit. & Remissionibus. Ab illorum tamen Sacramentorum administratione excludantur, qui causam Interdicti directi, vel indirecti deserunt, nisi necessitas urgeat, nec praesidio sint illi Ministris.

Interdictum aliud est locale, aliud personale. Locale dicitur ferri in loca, in quibus divinum celebratur, Sacramentorumque confectio, & administratio & Ecclesiastica Sepultura prohibentur. Personale immediate dirigitur ad personas, eisque interdicti certo quodam usu divinarum rerum, differunt ab altero quod certo loco non definitur: personae enim simpliciter interdicti prohibentur est certus rerum divinarum usus, ubi cumque sit.

Utrunque dividitur in generale, & speciale. Generale locorum Interdictum est, non solum cum Regno, & Provincia, sed etiam cum Castro, & Villa divinis interdictum. Speciale est, cum inter plures Ecclesias pauca, vel una interdictum. Generale personarum Interdictum respicit corpus aliquod politicum plurium personarum collectivum, & personas singulas quatenus partem sunt talis communivitatis, juxta cap. Si Sententia, tit. De Sent. Excom. in 6. Particulare personarum Interdictum est, quod in determinatam, vel determinatas personas ferri. Interdictum rursus aliud est a Jure, aliud ab homine.

Efectus Interdicti ad tria capita revocatur, scilicet privationem activam, & passivam quorumdam Sacramentorum, divinarum Officiorum, & Ecclesiasticae Sepulturae. Quae omnia complectitur interdictum divinarum, quando sub hae forma ferri Interdictum, ut colligitur ex Cap. Ex Responso, Extra. De Jurisjurando: Baptismi tamen, & Confirmationis administratio, & susceptio tempore interdicti non sunt prohibita, ut constat ex Cap. Responso 43. Extra. De Sententia Excommunicationis, & cap. Quoniam, eod. titulo in Sexto. Concessa quoque est Interdicti tempore Christianis confectio in die Cenae Domini, quia necessarium est ad Baptismi, & Confirmationis administrationem, & veteri ante annum confecto uti neas, Cap. Quoniam, tit. De Sentent. Excom. in Sexto. Permissa est etiam administratio Sacramenti Penitentiae, & Cap. Anna mater tit. De Sent. Excom. in Sexto. Item Eucharistiae per modum Viatici, juxta Innoc. III. Decretum cap. Quod in te, Extra. De Penit. & Remissionibus. Ab illorum tamen Sacramentorum administratione excludantur, qui causam Interdicti directi, vel indirecti deserunt, nisi necessitas urgeat, nec praesidio sint illi Ministris.

Excluduntur etiam a Penitentiae Sacramento tempore Interdicti Excommunicati, praeterquam in mortis articulo: necnon illi, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata est Sententia Interdicti; vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione ipsa Interdictum latum est, praebuerunt auxilium, consilium, vel favorem: nisi de ipso delicto, (si sint tales, qui id facere valent) prius satis fecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut si satisfacere nequeant, vel hujusmodi cautionem praestare jaraverint, quod cum poterant, satisfaciant, & ad satisfaciendum hujusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsum debent, & possunt, praestandam; dabunt consilium, & auxilium, ac pro virili laborabunt. (Cap. Anna mater, sup. laud.) Indulget Bonif. VIII. eadem Constitutione, ut singulis diebus in Ecclesiis, & Monasteriis Missae celebrentur, & alia dicantur divina Officia sicut prius, submissa tamen voce, januis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. In Festivitatibus vero Natalis Domini, Paschae, ac Pentecostes, & Assumptionis Deiparae Virginis M. campanae pulsentur, & januis apertis, alta voce divina Officia sollempniter celebrentur, excommunicatis provisis exclusis, vel Interdictis non admittis. Corporis Christi sollempnitate addidit Martin. P. Inter.

CAPUT IV.

De Interdicto.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid, & quotuplex sit Interdictum: Et a quo hac Censura ferri possit?

Quid sit interdictum.

Interdictum est Censura Ecclesiastica, qua certis personis, locisve interdicuntur, & prohibetur divinarum Officiorum celebratio publica, & Sacramentorum administratio, quae ad salutem, vel morientium salutem necessaria non sunt, & Ecclesiastica Sepultura.

Ad hanc Censuram sectare videtur exemplum a S. Gregorio Turonensi relatum Lib. 8. Historiarum Francorum, cap. 31. scilicet, cum Praeatus Rotomagensis Episcopus, in Ecclesia sua die Paschatis Sacris operans ab impiis trucidatus fuisset, Leuandovandus Episcopus Epistolam ad omnes Sacerdotes direxit, & accepto consilio Ecclesiam Rotomagensis clausit, ut in his populis illi Divina non spectaret, donec indagatiōe communi reperiretur hujus auctor sceleris.

Hujus Censurae vestigia quaedam videre est in Concilio Triburienf. can. 32. & Chalonenf. 2. can. 26. Meminit ejusdem Aletanus S. Eparchii Engolfmenfis Monachus in Chronico ad annum nonagenimum nonagesimum quatuordecimum Alduino Lemovicensi Episcopo scribens: Sapsidem scilicet Ecclesiam, & Monasteria cessare a divinis cultibus, & a S. Sacrificio, & Populum quasi Paganum a divinis laudibus cessare: & hanc observationem excommunicationem censebat. Eiusdem Censurae sub Excommunicationis nomine meminerunt Fulbertus Carotenf. Episcopus Ep. 3. ad Robertum Regem Francorum, & Ep. 93. ad eundem Regem, & Conc. Lemovicense anno 1031. Eiusdem meminit sub proprio nomine Interdicti, & Suspensionis a divinis officiis, Yvo Carotenf. Episcopus Ep. 3. eo. ca. 264. & 266. Ante Yvonem vero Interdicti Censuram sepius commemorat Gregorius VII. Lib. 1. Ep. 81. Lib. 2. Ep. 5. & 22. & Lib. 7. Epist. 16. & 17. Perperam itaque, & imperite nonnulli scripserunt, ante Alex. III. Pontificatum Interdicti memoriam nullam extare, unico argumento freti, quod interdicti apud Gratianum nulla mentio fiat: haec tamen argumentum certissimum testimonium facile praescribitur.

Interdictum aliud est locale, aliud personale. Locale dicitur ferri in loca, in quibus divinum celebratur, Sacramentorumque confectio, & administratio & Ecclesiastica Sepultura prohibentur. Personale immediate dirigitur ad personas, eisque interdicti certo quodam usu divinarum rerum, differunt ab altero quod certo loco non definitur: personae enim simpliciter interdicti prohibentur est certus rerum divinarum usus, ubi cumque sit.

Utrunque dividitur in generale, & speciale. Generale locorum Interdictum est, non solum cum Regno, & Provincia, sed etiam cum Castro, & Villa divinis interdictum. Speciale est, cum inter plures Ecclesias pauca, vel una interdictum. Generale personarum Interdictum respicit corpus aliquod politicum plurium personarum collectivum, & personas singulas quatenus partem sunt talis communivitatis, juxta cap. Si Sententia, tit. De Sent. Excom. in 6. Particulare personarum Interdictum est, quod in determinatam, vel determinatas personas ferri. Interdictum rursus aliud est a Jure, aliud ab homine.

Efectus Interdicti ad tria capita revocatur, scilicet privationem activam, & passivam quorumdam Sacramentorum, divinarum Officiorum, & Ecclesiasticae Sepulturae. Quae omnia complectitur interdictum divinarum, quando sub hae forma ferri Interdictum, ut colligitur ex Cap. Ex Responso, Extra. De Jurisjurando: Baptismi tamen, & Confirmationis administratio, & susceptio tempore interdicti non sunt prohibita, ut constat ex Cap. Responso 43. Extra. De Sententia Excommunicationis, & cap. Quoniam, eod. titulo in Sexto. Concessa quoque est Interdicti tempore Christianis confectio in die Cenae Domini, quia necessarium est ad Baptismi, & Confirmationis administrationem, & veteri ante annum confecto uti neas, Cap. Quoniam, tit. De Sentent. Excom. in Sexto. Permissa est etiam administratio Sacramenti Penitentiae, & Cap. Anna mater tit. De Sent. Excom. in Sexto. Item Eucharistiae per modum Viatici, juxta Innoc. III. Decretum cap. Quod in te, Extra. De Penit. & Remissionibus. Ab illorum tamen Sacramentorum administratione excludantur, qui causam Interdicti directi, vel indirecti deserunt, nisi necessitas urgeat, nec praesidio sint illi Ministris.

Excluduntur etiam a Penitentiae Sacramento tempore Interdicti Excommunicati, praeterquam in mortis articulo: necnon illi, propter quorum culpam, dolum, vel fraudem lata est Sententia Interdicti; vel qui ad perpetrandum delictum, cujus occasione ipsa Interdictum latum est, praebuerunt auxilium, consilium, vel favorem: nisi de ipso delicto, (si sint tales, qui id facere valent) prius satis fecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem: aut si satisfacere nequeant, vel hujusmodi cautionem praestare jaraverint, quod cum poterant, satisfaciant, & ad satisfaciendum hujusmodi per eum, vel per eos, qui facere ipsum debent, & possunt, praestandam; dabunt consilium, & auxilium, ac pro virili laborabunt. (Cap. Anna mater, sup. laud.) Indulget Bonif. VIII. eadem Constitutione, ut singulis diebus in Ecclesiis, & Monasteriis Missae celebrentur, & alia dicantur divina Officia sicut prius, submissa tamen voce, januis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. In Festivitatibus vero Natalis Domini, Paschae, ac Pentecostes, & Assumptionis Deiparae Virginis M. campanae pulsentur, & januis apertis, alta voce divina Officia sollempniter celebrentur, excommunicatis provisis exclusis, vel Interdictis non admittis. Corporis Christi sollempnitate addidit Martin. P. Inter.

Quotuplex Interdictum, Cap. praef. h. C. n. si Sent. Cap. si Tit. de Sent. Cap. cum Tit. de Sent. Ext. de ter sign.

De Interdicto.

Interdicti effectus.

REGULA III.

Interdicta Civitate, vel alio loco propter delictum Domini, Rectoris, vel Praelati, civis non Interdicti extra ipsam divina Officia audire, Sacramenta percipere, & Ecclesiastica Sepultura moris donari possunt.

Hae Regula traditur eodem cap. Si Sententia, mox laudato: Ceterum inquit, cum propter delictum Domini, vel Rectoris est Civitas interdicta, civis ejusdem, qui culpabiles non existunt (dummodo & ipsi propter Dominum, vel Rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) possunt extra ipsam licite interesse divinis.

REGULA IV.

Interdicta Communitate, & singuli de Communitate censentur Interdicti: ita ut alicuius Officii interesse, vel Ecclesiastica Sacramenta recipere non valeat.

Hanc Regulam eodem Capite expressam habemus. Cum vero alicuius terra populus Interdictio innodatur, singulares ex eo persona, quas interdictio esse constat (ne Sententia effectus careat, cum divinarum auditio, & Sacramentorum percipio populo ut universis non competant) non debent alicubi (casibus expressis a Jure dumtaxat exceptis) audire divina, vel Ecclesiastica recipere Sacramenta.

REGULA V.

Clerici personali Interdictio ligati, si illud violaverint, sacra suorum Ordinum exercendo Ministris sicut prius, in Irregularitatem incurruni, etiam si ab Interdicti Sententia appellaverint.

Nititur hae Regula cap. In cui, tit. De Sententia Excom. in Sexto, cujus hae sunt verba, In cui est Ecclesia interdicta ingressus (cum sibi per consequens censentur in ipsa divinarum celebratio interdicta) Irregulariter efficiunt, si contra Interdictum hujusmodi divinis in case ingrat, in suo agens Officio sicut prius. Talis quoque si hoc Interdictum durante decedat, non debet in Ecclesia, vel Cameterio Ecclesiastico (nisi punierint) sepeliri. Sane sicut Excommunicatio, sic ab Officio, vel ab ingressu Ecclesiae lata Suspendio, aut ipsius effectus per Appellationem sequentem minime suspenduntur.

REGULA VI.

In Excommunicationis Summo Pontifice reformata Censuram ipso facto incurruni, qui Ecclesiasticum Interdictum servari prohibent, aut moniti servare, pervincuntur reuunt.

Ita sanxit Clemens V. sacro approbante Conc. Viennensi, ut habetur in Clementina, Graviss, tit. De Sententia Excom. quae excommunicationis Sententia innodatos declarat Dominos temporales, & alios quolibet, Qui locis Interdictis suspensis quemquam divina celebrare Officia quomodo debet cogere: aut qui ad Officia eadem audientiam aliquos Excommunicationis praesertim, vel Interdicti ligatos Sententia excom. careo: seu, qui excommunicati publice, aut Interdicti de Ecclesia, dum in ipsi Missarum aguntur sollempnia, & celebrantibus moniti, ut exeant, prohibere: necnon excommunicatos publice, & Interdictos, qui in ipsi Ecclesiis nominatim a celebrantibus, ut exeant, moniti remanere praesumpserint.

REGULA VII.

Interdictum a Religiosis quibuscumque, etiam Exemptis, servandum est, necnon cessationes a divinis, sub poena Excommunicationis ipso facto incurrenda.

Ita sanxit Clemens V. Clementina, Ex Frequentibus, tit. De Sententia excom. Prohibitique, ne interdictum Ecclesiarum nervum Discipline infringant, sed illud religiose observent, Cum Cathedralium, vel Matricem, sive Parochialem loci Ecclesiam, illud viderint, aut sciverint observare, non obstantibus quibuscumque Appellationibus antea etiam ad Sed. Apostolicam interdicti, cum moderatioribus tamen Decretalis, Alma. Idem praecipit observari in cessationibus generalibus a divinis civitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine Capitula, Collegia, vel Conventus Secularium, aut Regularium Ecclesiarum sibi vindicant ad repellendas injurias sibi factas. Nulla porro privilegia, statuta, conventiones nulla, vel consuetudines Religiosis ipsis contra Constitutionem istam suffragari declarat.

REGULA VIII.

Interdictum servare nemo tenetur, nisi sit expresse denunciatum.

Ita quippe declaratum est a Conc. Basileensi, & Lateranensi, Constitutione, Ad vitanda scandalosa, quae passim inter Leonem X. & Franciscum I. Concordatis etiam inserta est.

Locala Interdicta quibus de assis ferri possunt?

Qui ferre possunt interdicti sententiam?

Quid cessatio a divinis & quomodo ab Interdicti differat?

De Interdicto.

Interdicti effectus.

De Interdicto.

De Interdicto.

De Interdicto.

De Interdicto.

De Interdicto.

De Interdicto.

Interdictum locale privat Fideles Ecclesiastica Sepultura in tali dumtaxat loco, personale vero in quolibet loco. Clericis tamen, qui Interdictum servant, Ecclesiastica Sepulturae honor conceditur, Cap. Quod in te, Extra. De Penitentibus, & Remissionibus, et lege, ut campanae non pulsentur, sollempnia omnia omittantur, & cum silentio eorum corpora terrae mandentur.

Interdictum personale speciale nonnulli propter gravem culpam ejus, qui divinis interdicuntur, ferri potest: generale vero propter gravem, & commune delictum. Commune autem censetur quodammodo, cum Princeps, vel Rector Populi causam dedit interdicti: culpa namque capitis quodammodo refunditur in corpus: sicut & poena corporis in caput redondat: vel cum delictum ipsum a Communitate procedit, v. g. a Capitulo, Collegio, Urbe, Republica, aut ab iis, qui Communitatem ipsam representant, & nomine illius agunt: vel si majori ex parte talis delicti reze sine illius Communitatis persone, nec Princeps, Respublica, Gubernator, Praelatus illud prohibent, vel peccantes coartant, sed convivent ipsi, vel faveant.

Locala etiam interdicta ob gravia dumtaxat delicta ferri possunt, quale est corporalis injuria Cardinali, vel Episcopo illata, ut habetur cap. Felices, Tit. De Penit. in Sexto, & in Clementina I. De Penit. vel Usurarium publicorum alienigenarum receptio in aliquam civitatem, aut locum, ad senus excrendum; ut habetur Cap. Usurarium, Tit. De Usuris, in 6.

Interdicti Sententiam ferre possunt Episcopi, illisque Superiores, & quicumque Praelati territorium habent, in quo Jurisdictionem contentiosam (ut ita loquar) exercent: Praelati vero Regulares, licet subditos suos Interdicti personali plectere possint ob grave delictum, vel contumaciam, non tamen Interdictum locale ponere; quia Jus, & confectio id solis Episcopis vindicant. Qui autem Interdicti Sententiam ferre possunt, idem possunt ab illa absolvere.

Interdictio affinis est cessatio a divinis, quam pro gravioribus Latorum in Clericis injuriis Ecclesia introduxit: illdemque privat Beneficis spiritibus, quibus Interdictum, cum hoc tamen differunt, quod tempore cessationis celebrant divina Officia, vel administrant Sacramenta, non incurrunt in Irregularitatem: sicut illi, qui tempore Interdicti curas illas functiones exercent. De hoc vinculi, sive poenae genere statuit Cap. Si Canonici, Tit. De Officiis Generali, in Sexto, ut absque publica, & authentica Monitione eorum quorum interest, ad hujusmodi cessationem non veniant Canonici, qui id Juris sibi vindicant in aliquibus Ecclesiis ex consuetudine, vel alias, causis, quae cessationis expriment, ac significent instrumentum quoddam. Quod si hoc praetermissum cessaverint, vel causis, quae exprimerent, non fuerint inventa canonica: omnia, quae de quibuscumque proventibus illius Ecclesiae, in qua cessatum a divinis fuerit, cessatio tempore perciperint, restituere tenebuntur: illi vero, qui pro eodem tempore illis debentur, nullo modo percipient, sed ipsi Ecclesiae cedere, ac ei, cujus occasione cessaverant, de damnis, & injuriis satisficere cogentur.

Superest, ut Regulas quasdam de Interdicto Ecclesiastico tradamus ad plenam hujus argumenti tractationem.

ARTICULUS II. CONSECTARIA PRAXIM SPECTANTIA.

Circa Interdictum.

REGULA PRIMA.

Interdictio loco principali, censetur Interdictus accessorius a vicinis, & contiguus.

Hanc Regulam tradit Bonif. VIII. Cap. Si Civitas Tit. De Sentent. Excom. in 6. Si Civitas (inquit) Castellum, aut Villa subijciantur Ecclesiastico Interdictio, illorum suburbia, & contigua adhaec eo ipso intelligi volumus interdicta. Nam licet praedicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen casu, ne vilipendi valeant Sententia Interdicti (quod fieret, si posset in ipsorum suburbii, vel contiguitatis adhaec licite celebrari ut prius) expedit interpretationem fieri latiore. Ratione quoque simili, si sit Ecclesia Interdictio subiecta, nec in Capella ejus celebrari, nec in Cameterio ipsius eidem Ecclesiae contiguus poterit sepeliri: secus si ei contigua non existant.

REGULA II.

Si Sententia Interdicti lata sit in Populum, Clerus interdictus non censetur nec Interdictio Clero, Populus.

Hae Regula traditur cap. Si Sententia, Tit. De Sent. Excom. in Sexto. Si Sententia, inquit, Interdicti profertur in Clerum, non intelligitur, nisi aliud sit expressum in ea, interdictus Populus, nec etiam converso. Unde, uno interdictio ipsorum, alius licite admittitur ad divina. Mart. Alex. Theol. Tom. I.



Interdictum nisi ferrent illi, in quorum gratiam positum est, alii ferre non tenentur.

Si enim perseveranter non ferrent, non merentur, ut Ecclesia alios in eorum gratiam a divinis prohibeat, ut colligitur ex c. Parisi, Extr. De Privilegiis, & c. hanc hanc verba: Sicuti in Privilegiis, vel Temporalibus Privilegiis, quod pro eis fuerat promulgatum, ne videantur de aliorum ferre, nos in hanc presumptionem eorum, quoad ius violaverit Interdictum, de nostra licentia celebratis.

REGULA X.

Laicus tempore Interdicti divinis interesse potest, seu ratione Privilegii, seu ob aliam causam legitimam.

Tres namque Casus vulgo proferuntur, in quibus id Laico licet. Primus est, cum Privilegium a Romano Pontifice ad eum obtinuit. Secundus, cum Laicus est de familia singularis alterius personae, quae privilegium habet, eamque committit. Tertius, cum Clericus indiget ministerio Laici, ut sacrum Officium modo sibi licito peragat. De secundo casu sic loquitur Bonif. VIII. Cap. Licet, Tit. De Privilegiis, in 6. Cum inquit, conceditur singulari personae, ut tempore Interdicti celebrare valeat, vel audire divina: ejus familiares domestici ad audiendum cum ea, & celebrandum sibi divinum Officium licite admittuntur. Non fit autem in familiaribus alicujus Conventus, seu Collegii est censendum: illi enim nisi privilegii fuerint, admitti non debent. Insuper quocumque concessione gaudere non potest, cuius causa, seu culpa, dolo, vel fraude fuit Sententia Interdicti prolata, seu qui ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata extitit, praebuit consilium, auxilium, vel favorem.

REGULA XI.

Interdictio generali personarum, non loci durante, infantes Ecclesiastica Sepultura non privantur.

De Interd.

Interdictum scilicet personale personas tantum doli capaces afficit: Censuras namque ligari non possunt infantes, qui nondum ad usum rationis pervenerunt: in loco autem Interdictio non possum sepeliri, sicut nec adulti. Si autem durante Interdictio generali personarum ad usum rationis perveniant, Interdictio ligatur, Ratio atque ratione uti incipiunt. Idem est iudicium de eo, qui durante Interdicto sit membrum Communitatis interdictae.

REGULA XII.

Interdictum generale loci propter temporalem debitum Episcopi, vel Principis poni non potest, nisi de licentia specialis Sedis Apostolicae, & per litteras ejus Patentes expressa.

Ita sanxit Bonif. VIII. c. Provide, inter Extrav. Comm. tit. De Sententia Excomm.

REGULA XIII.

Quamvis terra interdicta alienetur, adhuc remanet Interdictum.

Interdictum enim locale est velut onus quoddam loci interdicti: cum autem res alienatur, ad alium transit cum suo onere, ut colligitur ex c. Ex litteris, Extr. De Pignoribus, & c. Pastoralis, Extr. De Decimis. Deinde hic modus tollendi Interdictum non est usu receptus, quis ad Ecclesiasticam Censuram eludendam, & contemnendam aditum speret.

REGULA XIV.

Interdictum generale personarum tollitur, destructa Communitate.

Destruitur enim subjectum, in quod per se primo latum erat: cum igitur destructa sit Communitas, ad quam transit cum suo onere, destruitur Communitas, in quam generale Interdictum latum erat, cessat Interdictum ipsum in singulis hominibus, qui ad illam pertinebant, & jam illius esse membra desiderant, ipso corpore politico destructo.

Atque hinc etiam colligitur, istius generalis Interdicti vim ipso facto definire in qualibet illius Communitatis persona, cum illius membrum esse desinat, etiam si tota Societas, Collegium, vel Capitulum interdicti maneat. Similiter interdicta Civitates, si quis domicilium mutet, Interdictio liberatur. Cum enim Civitates, Capitula, Collegia, seu Societates, a quibus separatur, Privilegium non gaudet, nec eorum oneribus premitur: Excipiendus ille tamen est, qui causam Interdicti dedit: cum enim hac Censura per se lata sit ad illum plectendam contumaciam, ab eoque in Communitatem redundet: haud equum est, ut in contumacia perseverans penam evadat qui Communitatem totam obstrinxit, quamvis ab ea separatur. Unde generale Personarum interdictum Censurae specialis vim habere respectu illius, propter cuius crimen latum est, Theologi docent.

Qui non itentia signa moriens exhibuit, Ecclesiastica Sepultura non est donandus, nisi prius ab Interdicto fuerit absolutus.

Eadem enim est quoad hoc Excommunicationis, & Interdicti ratio. Unde sicut Ecclesiastica Sepultura tradi videtur Canon eum, qui excommunicatus est, quavis Penitentis obierit, nisi fuerit excommunicatus vinculo solutus, ita & Sacris interdictus, nisi hac censura solutus fuerit. Noc alius sensus est cap. In cui, tit. De Sent. Extr. in Sexto, cujus haec sunt verba: Talis quoque si hoc Interdicto durante decedat, non debet in Ecclesia, vel Cemeterio Ecclesiastico, nisi pariter, sepeliri.

REGULA XVI.

Interdictum latum ab homine ab eo duntaxat auferri potest, qui Sententiam tulit, vel ab eius Superiore post cognitionem causa canonica, vel ab eo, cui manus vinculum illud solvendi demandaverit.

REGULA XVII.

Interdictum locale a Jure latum, solum Episcopi, vel eius qui Episcopalis Auctoritatis participat, Absolutione tolli potest.

Solum namque Episcopus, vel qui Jurisdictionem Episcopalem participat, respectu loci ordinarius Judex est, Jurisdictionemque habet in foro contentioso, quae ad interdictum illud relaxandum est omnino necessaria.

REGULA XVIII.

Interdictum generale personarum solum Episcopus tollere potest.

Ille quippe generalis respectu Communitatis ordinarius in foro Ecclesiastico Judex est. Neque enim fori interioris Jurisdictione in totam Communitatem potest exerceri, cum tota per se communitas Sacramenti Penitentiae capax non sit, sed personae singulae.

REGULA XIX.

A speciali Sacra Interdictio a Jure lato absolvi potest quilibet Sacerdos ad audiendas Confessiones approbatus.

Quia enim Conditor Canonis ejus Absolutionem sibi specialiter non retinuit, ex ipso alio concessisse videtur, (ut habetur c. Nuper, Extr. De Sen. Excomm.)

REGULA XX.

Absolutio ab Interdicto iisdem legibus, quibus Absolutio ab Excommunicatione dari debet.

Id tamen observandum est institutione Juris, ut a locali Interdicto Absoluto ad cautelam dari non valeat, ut habetur c. Praesenti, tit. De Sentent. Excomm. in Sexto.

TRACTATUS

De Indulgentiis.

CUM Ecclesiae concessa sit a Christo ligandi potestas, & solvendi, non solum condignam Satisfactionem Penitentibus injungere, sed & penam temporalem eorum peccatis debitam moderari, & relaxare potest: cum moderationem, condonationem, & remissionem, Indulgentiae nomen usu Ecclesiastico significat. Quomobrem definitur Indulgentia. Absolutio a Penitentibus a Sacerdote, aut a Canone injuncta. Sive, Remissio penae temporalis, quae post remissionem peccatorum invenit superest, extra sacramentum facta ab eo, qui spiritalem Jurisdictionem habet alicujus Ecclesiae Thesaurum dispensandi. Quod ut intelligatur, inconculsum illud principium recolendum est, quod ex Concilio Trid. superius posuimus, non similiter in Penitentiae Sacramento, atque in Baptismo, peccatorum omnium remissionem conferri. Nam in Baptismo ista Christo commoritur, & ad vitam renovandam perfectam peccatorum remissione, ut pro his nulla omnino poena superest in futuro saeculo luenda. At in Penitentiae Sacramento sic remittuntur peccata quoad culpam, ut tamen adhuc relictis terribilibus quaedam expectatio Judicii in futuro saeculo, nisi per dignos fructus, & opera Penitentiae in hac vita divinae iustitiae satisfiat. Cum igitur illa futuri saeculi poena dignis Penitentiae operibus redimatur, Satisfactio est. Cum vero ex Penitentiae opera ex causa legitima ab eo, qui spiritalem Jurisdictionem habet, Penitentia remittatur. Satisfactio est, seu relaxatio, seu relaxatio est, quam Ecclesiastico usu Indulgentiam vocamus.

Duo

Duo autem duntaxat de Indulgentiis credenda proponuntur ab Ecclesia: Primum, Potestatem concedendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessam esse. Secundum, Eas Christianis utiles esse, ac salutare. Ita docet sacra Synodus Tridentina sess. 25. in Decreto de indulgentiis. Cum (inquit) potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, ut quibusmodi potestate divinis sibi tradita antiquissima etiam temporibus illa usa fuerit, sacrosancta Synodus Indulgentiarum usum, Christiano Populo maxime salutarem, & Sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & praecipit: eosque Anathematis damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. Quam potestatem Privilegium in Concilio Constantiensi damnatum, Lutherus, & Calvinus praefrastra negant. Quomobrem totum de Indulgentiis tractationem ad haec duo Capita revocamus; Regulas quaedam praemittimus, & disciplinam spectantes pro more subjecturae.

CAPUT PRIMUM.

De Potestate concedendi Indulgentias.

ARTICULUS UNICUS.

An Potestas concedendi Indulgentias sit in Ecclesia?

PROPOSITIO UNICA.

Potestas Indulgentias concedendi a Christo tradita est Ecclesiae, quae antiquissima etiam temporibus sacra illa potestate usa est.

Potestas illa colligitur ex Christi Domini verbis Matth. 16. & 18. Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solaveris super terram, erunt solutae & in caelo. Quibus verbis cum Apostoli, eorumque Successores potestatem accepit imponendi penitentibus penam fructificationis, illisque ad eas subdandas obligandi, potestatem pariter concedendi indulgentias, vel imponendas ex causa legitima condonandi, vel remittendi.

Præterea, ex Scripturis Sacris perspicuum, & exploratum est, Deum invariabiliter fidei, orationis, aliorumque meritorum, seu bonorum operum, aliis peccata remittere, penamque condonare, ut observat etiam S. Ambrosius, in illud S. Lucae: Quotum fidem ut vidit, alium Paralitico, Remittitur tibi peccata tua. Et in Veteri Testamento legitimus, propter Abraham, Isaac, & Jacob; item propter Moysen, & Samuel, Davidem, super Deum populo peccata condonasse. Quocirca Pastores ligandi, solvendi Potestas a Christo adacta, non solum propria cuiusque hominis Penitentis opera invari debent, sed etiam more, & exemplo Christi Domini sui attendere, quinam pro eo sint solliciti, quinam illius orationibus, aliusve pro eo operibus adjuventes: ac prudenter ordinarum, & applicari valeant.

Quod autem sacra illa potestatem Indulgentias concedendi antiquissimum temporibus usum sit Ecclesiae, constat ex Apost. 1. ad Cor. c. 2. de Ineultuoso Corinthio scribente: Sufficit illi, qui ejusmodi est, oburgatio tua, quae sit a pluribus: ita ut contrarius magis donatis, & consolentis, ne forte abundantioris tristitia absorbeat. Qui forma declarat illius vehementer penitentiam, quem Paulus non sit passus in desperationem venire. Et infra: Ex ea re docetur, quod non solum ad peccatorum naturam, verum etiam ad mentem, habitumque peccatorum oportet moderari Penitentiam. Quam interpretationem suffragio quoque suo roboratur Theodoretus, Occumenius, & Theophylactus: & ex Latinis S. Pacianus Episcopus, & S. Ambrosius Lib. 1. De Penitentia, c. 6. & ult. qui & Indulgentia ab Apostolo concessa expresse meminerunt.

Indulgentiarum usum primis Ecclesiae saeculis Tertullianus, & S. Cyprianus frequentissimum fuisse testantur. Ex Tertulliano discimus Lib. Ad Martyres, cap. 1. quosdam penitentibus tempore in Idololatram lapsos, & nondum in Ecclesiam pacem habentes, idem nondum reconciliatione donatos, pacem a Martyribus in carcere constitutis exorare conseruisse. Cum enim Penitentiae tempus nondum

Indulgentia ad Martyrum intercessionem colligitur.

implevisset, Martyrum intercessionem condonationem reddidit Penitentiae ab Ecclesia impetrabat; atque ista statim ad pacem, idem, Reconciliationem, & Eucharistiam Communionem admittebantur, quae Penitentia duntaxat functus dari solebat ex praesentia Ecclesiae disciplina. Quam pacem, inquit Tertullianus, quidam in Ecclesia non habentes, a Martyribus in carcere exorare conseruisse. Idem vero Tertullianus, cum ad Montanitas postea descenderet, Lib. De Pudicitia, cap. ult. Catholicam Ecclesiam ad vitium vertit, quod antea laudaverat: nempe quod ad Martyrum petitionem, relaxata Lapsi Penitentia, pacem daret. At ut jam (inquit) & in Martyres suis essendis hanc potestatem, ut quisque ex confessione vincula induit adhibere molliis, in novo custodia nomine, statim ambum machi, statim ad nos fornicatores, jam praesentia circumsonant. Et pacem ab his quarunt, qui de sua periclitantur. Ex utriusque porro loci collatione perspicuum est, jam tunc in Ecclesia consuetudinem obtinuisse Lapsi partem aliquam Penitentiae precibus Martyrum condonandi.

Idem ex S. Cypriano colligitur, qui Episc. 9. quorumdam Presbyterorum temeritatem reprehendit, qui inconsulto Episcopo, & non expectato iusto tempore, contra Discipline Ecclesiasticae ordinem Lapsi nedum alla Penitentia functis pacem, & Eucharistiam tribuebant, & Christi Martyres cum Episcopo committent, & invidia exponant. Petierant quippe Martyres litteris honorificis ad Episcopum scriptis, tunc desideria sua examinari, cum par Ecclesiae restituta fuisset: impudenter vero Presbyteri ante extinguum persecutionis meum, ante ipsum poena Martyrum obitum, cum Lapsi communicabant, illisque Eucharistiam dabant: cum potius Martyres admonere debuissent, si plus aliquid peterent, quam concedi equum esset; Sicut inquit, semper in praeteritum factum est. Et Episc. 10. sic Martyres ipsos, sive Confessores compellat: Et credideram quidem Presbyteros, & Diaconos, qui illic praesentes sunt, monere vos, & instruere plenissime circa Evangelii legem, sicut in praeteritum semper sub Aecessoribus nostris factum est, ut Diaconi ad carcerem committentur Martyrum desideria consilia suis, & Scripturarum preceptis gubernarent: sed nunc cum maximo animi dolore cognosco, non tantum illic vobis non suggeri divina Praescripta, sed adhuc potius inveniri, ut ea, quae a vobis ipse & circa Deum caute, & circa Sacerdotem Dei honorifice sunt, a quibusdam Presbyteris resolvantur, qui nec timorem Dei, nec Episcopi honorem cogitant, cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examini desideria vestra, & quibusdam Lapsi pacem dari postulant, cum persecutione finita convenire in unum cum Clero, & recolligi caperint: illi contra Evangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante aeternam Penitentiam, ante Exomologesim gravissimi, acque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo, & Clero impostam, offerre Lapsi pacem, & Eucharistiam dare, id est, Sanctum Domini Corpus profanare audent.

Et inf. Oro vos, quibus possunt, precibus, ut Evangelii memores, & considerantes, quae, & quanta antecessores vestri Martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, vos quoque solliciti, & caute penitentiam desideria ponderetis, usque amici Domini, & cum illo postmodum iudicaturi, insipientis & aeterni, & opera, & merita singularum, & ipsorum quoque delictorum genera, & qualitates cogitatis, ne si quid abrupte, & indigne vel a vobis promissum, vel a nobis factum fuerit, apud Gentiles quoque istos Ecclesia nostra erubescere incipiat. Sed & illud ad diligentiam vestram redigere, & emendare debetis, ut nominationem designetis eos, quibus pacem dari desideratis. Et ideo peto, ut quos ipse videtis, quos vestri, quorum Penitentiam scitis, designetis nominatim libello.

Et Ep. 13. sic Presbyteros, & Diaconos alloquitur: Quae libellum a Martyribus acceperant, & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua, & periculo caperint, Exomologesim facta, & manu eis a vobis in Penitentia imposta, cum pace a Martyribus sibi promissa ad Dominum remittantur. Ex quibus omnibus colligitur, & ante S. Cypriani tempora, & ipsius aetate, Ecclesiam ob preces, ac merita Martyrum Penitentibus Penitentiae tempus contraxisse, laborumque penitentiarum partem condonasse. Indulgentiarum igitur usum in Ecclesia frequens erat. In illis vero concedendis moderationem servari sanctissimi, & vigilantissimi Praefules curabant, ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina solveretur.

Eundem usum antiquiora Concilia confirmant, quae in Episcopi arbitrio esse voluerunt, ut Penitentiam vita prioris, ac posterioris disciplina, lachrymisque, patientia, & bonis operibus spectatis, Penitentiae tempus ipsi contraheret, penitentibus preces moderaretur, ut loquitur Conc. Ancyranum, can. 5. sive ut De his aliquid humanitas cogitaret, ut loquitur Concilium Nicaenum, can. 12.

Indulgentias amplissimas, ac plenarias iis, qui Expeditionem bellicam in Terram Sanctam contra Sacrosanctum naturam susceperunt, Conc. Constantinianum Praeside Urbani II. can. 2. concessit. Easdem indulgentias confirmavit, & ad Expeditionem Hispanicam contra Mauros progrevisse Concilium, Occumenicum Lateranense 1. Praeside Callisto II. can. 11.

Martyrum preces exanimatae.

Martyrum libellos habentibus non debent indulgentia ante aeternam penitentiam, & ante sedatam penitentiam, nisi periculo imminente.

Episcopi penitentibus preces moderaretur.